

[Funebres] tibiæ [in  
præmaturum] obitum  
præstantissimi [et]  
doctrinâ poli...

Kempe, Axelius Andreae,

*1 Ic 1658 Aronius, Martinus*



National Library  
of Sweden

Præf.

LIBRARIÆ  
orbitumN. S.  
et doctrinâ PolitissimâD. MARTINI MA-  
THIÆ ARONIINon ita pridem Universitatis Aboënsis Alumni lau-  
datissimi, Atque in Reg: Ab: Dicast: Auscul-  
tantis solertissimi.*Venerandi, Humanitate, Doctrinâ, singulariâ, pietate conspicui  
Viri ac Domini,*

## D. MATTHIÆ ENEVALDI

Verbi Divini Ministri in Maalar vigilantissimi, Filij Dile-  
ctissimi, nunc vero apud cœlites beatissimi.Qui cum in hoc ærumnoso miseriarum ergastulo Annos 24.  
piè vixisset, die 5 Octobris Anni currentis 1658, placidè, quietè  
fideq; in Christum firmissimâ, è fluctuosissimo hoc terre-  
stris Theatri pelago, ad cœlos, sedem animarum tu-  
tissimam commigravit.*Cujus beata anima domicilium decenti exequiarum pompâ ad Fanum  
Aboënsè delatum, ibiq; 10. Octobris Terra gremio demandatum fuit,  
unde exsuscitandus corpore glorificato extremo die resurget  
ad S. B. Spirituale consequendum.*Defuncto in Christo Recordationi, Parentibus, & Consaugui-  
neis relictis consolationi, cantatæ, & inflatæ à  
*Sympatriotis & Amicis.*

A B O Æ

Excusæ à PETRO HANSONIO Acad. Typogr.



1658


Ecce peccatore  
runt sagittas in  
scuro Rectos cora

e-  
in ob-



*Psal. 7.*

Deus justus Judex, fortis, & patiens, nunquid  
irascetur per singulos dies?



**C**onturbatus humo jacet hic *Martinus Aronius*  
Languida jucundo membra sopore fovens.  
Ingenuus idem adiu sedulus imbibit artes,  
Spem præter subitâ morte peremptus obit.  
Bothnia quem genuit, tenet urbs Aboa sepultum  
Mens patriæ veras læta petivit opes.  
Hospitium tellus, est cœlum patria constans  
*Aronius* jam illud deserit, hocce petit.

*Hac contristanti adjecit animo*

**AXELIUS Rempe.**



**I**mparibus numeris proferre negotia mentis  
Progredior: dictis Lector amice fave.  
Expeditam sermone brevi, quod sentio (quamquam  
Guttere vox haret, mensq; dolore riget)  
Vix tot littoreas divexat fluctus arenas  
Vita quod innumeras fert miseranda vices.  
Vix tot præsentat calum sublime figuras  
Quot mala fortuna ferre tenetur Homo.  
Vix tot amœna tetræ curvantur tesqua spinetis  
Hunc quot iniqua premunt fata, cavilla, strophæ.  
Proh dolor! indomitæ sævissima Numina Parca  
Dira venena vomunt, tela trifurca parant!

Palvis & uno, sicut, fixorum ne mo diem un  
Decurso nixgo pallida fata fugit.  
Nil prestant anni, gurgum falce sororum  
Lata juvenia cadit, urva senecta  
Theriaci nil conducunt alabastri eneni,  
Sive Machaonij, pharmaca mitra moris.  
Stemmata nil faciunt, faciunt nil Palladis artes,  
Commoda nil medicis usibus herba valet.  
Tegmina nil prosant Tyrio constantia cocco,  
Aut Thartesiaco vecta metalla Tago.  
Amphion insignis Thebanæ conditor urbis  
Ut potuit blandi saxa movere lyra,  
Flectere terna tamen Parcarum numina chordis  
Pieris, fidibus Pindarivisve nequit.  
Nil doctrina valet, nihil ars, nihil incluta virtus  
Nil valet exprompti floridus oris honos.  
Aronius noster partâ sudore Minervâ  
Digna novo studuit facta patrare metro.  
Atq; per ingenuas doctam caput extulit artes  
Aronius Clarij non leve germen agri.  
At subito laesus Parcarum falce cruentâ,  
Decumbens, mortis tristia regna subit.  
Culibus arcanis Sophiae Respublica fervens,  
Fle, tibi, quod civem demit iniqua manus.  
Neleidem superare, dies numerare parentes  
Qui bene dignus erat, duraq; nulla pati.

Tu na.

Tu natale solum guttas suffunde rotundas  
Bohnia, Solvonia culmina quaeq; domus,  
Dulcia proh Patris, proh pectora Matris honora  
Assiduo vigiles imbre rigate genas.  
Fratres dent gemitus, lacrymas stillate Sorores,  
Quos huic germano sanguine junxit Amor,  
Vosq; vaporifero suffundite lumina rore  
Quos carnis propius consita jura ligant,  
Syrmata gestantes, concordēs edite luctus  
Omnes, in quorum pectore flagrat amor.  
Ast modus immodico consumere tempora planctu  
Roreq; continuo frustra rigare genas.  
Non lacrymae faciunt Martinum calica regna  
Linquere, Et ad nostros inde venire lares.  
Pone Pater luctum, Mater sepone dolorem,  
Filius aeternae Sabbathae pacis agit.  
Incolit Aulae caelestis Atlantica tempe  
Nescia pro luctu gaudia finis habet.  
Aronius noster non lacrymat, Eija triumphans  
Agmine cum lato jubila leta canit.  
Custodes Recti, sacros Pietatis Alumnos  
Tantus honos sequitur, gloria tanta manet.

Sic dolet Aronium

GABRIELIS SVADA TUDERIC

A 3

Secu-

SECUROS sperare Dies, ac vivere mundo  
Et longa ætati ponere fata suæ,  
Nos vetat| extincti miserabile funus ARONI  
Quem tristi casu mors inopina tulit.  
Quid virtus, pietasq; juvat? quid regula morum  
Integra? quid studijs vita dicata bonis?  
Hæc tamen improbitas & sæva licentia calcat  
Nec miseros tantum, bella luesq; necant.  
Heu facinus dirum! vesani glande latronis  
Innocuus miserè candide frater, obis!  
Tu tamen eriperis mundi furialibus ausis  
Hunc sceleris fædi debita pœna manet.  
Nos socij mæstum solamur carmine luctum,  
Inferias tumulo, ponimus hasq; tuo.

PETRUS I. PICTORIUS.




Vita fugax hominum, varijs jactata procellis  
Fertur, ut in medio parvula cymba freto.  
Hæc vires in campo speciosi graminis instar  
Quod dum mane viget, sole cadente jacet.  
Nunc cadit incurvâ falce, & nunc turbine cæco  
Innumerisq; modis germina cuncta cadunt.  
Sic quoq; Terrigenæ, similes sunt floribus, & herbæ,  
Quæ videt una dies nascier, una mori.  
Quosdam per morbos ereptos cernimus atros,  
Nonnullos, rursus percutiente manu.  
Cernimus Aronium venerandâ stirpe creatum  
Cujus ab effuso terra cruore madet.

Hunc

Hunc sternit sclopus lethali vulnere dirus,  
Sic erat innocuo mors obeunda viro  
Omnia sustinuit longi tormenta doloris,  
Nunc fruitur requiee, langvida membra levans.

*Ita festinans condolenter  
apposuit*

MATHIAS MATHESIUS.



**A**urraides Musa tristes suffundite luctus,  
Cantantes rauco carmina mesta sono,  
Inson occubuit violentâ morte peremptus  
Martinus, charus sympatriota meus:  
In medio primæ succumbit flore juventa  
Qui vitam longam vivere dignus erat.  
Vab manus infelix insontem vulnerat ipsum,  
Perfoditq; latus, fulmine flammifero.  
Crede mihi, quamvis profusi sanguinis author  
Quæserit latebras, dans sua terga fuga.  
Non Deus Astripotens, hæc crimina linquet inulta,  
Vindictam exposcet: Ultio justa Dei!

*Condolentiæ ergo scripsit*

JOSEPHUS MATHESIUS.



**C**redite, mortiferâ nihil est incertius horâ,  
Verum morte nihil certius esse pot est.

Ergo

Ergo paratus eat cunctis homo quilibet horis,  
Ac si hodie gelidam sit subiturus humum.

*dolenter fusa a*

SAMUELE CANUTI FORSANDRO.



**B**othnia mærorum quæ non concutteris uno  
Fluctu, quæ diris debes ludibria Parcis,  
Hic plorare tuum est plenis, nova funera, rivis  
Namq; iterum redeunt Musis, pars læta juvætæ  
Demitur. Excurrit bene dum vix integer añus  
Cum truculenta suum in juvenes mors virus  
acerbum

Tres vomuit doctos: jam nunc iterante furore  
Jrruit in juvenem Themidi Phæboq; sacratum,  
Aronij vitæ stamen rumpens decus ingens  
Et patriæ, atq; utriusq; sui spes alta parentis  
Cujus ob excessum tragicum mortemq; inopinã  
Plangit Pieridum chorus, & pia funera fletu  
Prosequitur, mæsto profundens Nænia versu.  
O subitis plurimisq; malis *Martine* solute!  
In cælis qui lætus ovas & gaudia cernis, (vens  
Hoc svave est meminisse mihi, sed mente revol-

Tempora prisca, dies, quodq; es subtractus, hoc  
Tangor, mæsta meū conturbant plurima pect<sup>o</sup>.

Sed

Sed nunc à terris cœlestes vectus ad oras  
Vive Deo, properemuseò cum Numina man-  
dant.

*Condolens ergò ita apposuit*  
GABRIEL E. FORTELIUS  
Bothniensis.



In Tumulum

**M**ole sub hac corpus Martini conditur, ast meus  
In Christo vivit, cœlestia gaudia cernit  
Animo condolenti scrip.

IACOBUS I. PELDAN.



MORIBUNDUS

**Q**uid Libitina feros acies in vulnera dentes:  
Cum possim letho simpliciore mori?  
Quid mihi lethiferum truculenta minaberis  
enssem?

Pallida sufficeret fata parare tabes.  
Te diram & sævam! Sed nil, mihi crede, time-  
bo:

Æternum in cœlis namq; superstes ero.

CAROLUS J. SALONIUS.

B

Omni-

O Maibus esse locis mortem tibi crede propinquam,  
Nec lethum doctâ vincier arte potest.

Omnibus est eadem lethi via, non tamen unus

Esi vitæ cunctis, exitijq; modus.

Non parcit clero, Sophia cultoribus almis,

Nec pubi teneræ, magnificisve viris.

Exemplum nobis, Martinus Aronius affert,

Qui subito raptus pro truce valde manu!

Nunc fragili vitâ privatus & ossibus artè

Distentis recubat, cœlica regna tenens.

Defunctus alloquitur Patrem.

Desise moeste parens, mea fata movere dolendo,

Exacto cursu contigit ecce mori!

Nil profunt lachrimæ, nec possunt fata movere,

Viximus: hic omneis exitus unus habet,

Sint tibi solatio potius mea fata propinqua;

Namq; brevi mecum, gaudia lata feres,

Omnibus ecce malis exemptus ad astra recedo,

Angelicos inter latus oransq; choros.

Qui nos disjunxit celsissimus ipse Jehovah

Funget in æthereo sidereoq; polo.

Ultimi officij, honoris atq; moesti

animi contestandi *ere u a*

scripsit.

JOHANNES ELIÆ

Hålm,

Sic

Sit tibi terta levis juvenis dignissime vitâ

ARONI, quondam frater amande, bone.

Sævæ vi mortis recubas: verum modò lætus

Inter cœlicolas eccè beatus ovas!

Nunc subitò lethi occumbis vi raptus acerbi

Suprema adspirans, Io tibi cuncta Deus.

Vita quid est? labor est, & habendi vana cupido,

Perpetua est *πρώσις*, perpetuusq; dolor.

Felix cui seculo hoc, belli grassante tumultu

Obdormire piè contigit atq; mori.

Omnibus illè malis exemprus, ad astra meabit,

Et cum cœlicolis gaudia læta feret.

Ergò valete omnes, valeant habitacula mundi,

Vestro haud affecto lumine porrò frui.

Sanguinei valeant, valeant dilecti & amici,

Tuq; parens tristis vive vige atq; vale.

*Novissimi honoris & amoris ergò plangebatur.*

PETRUS ELIÆ Hålm.



Terrarum vitam seu vivimus, hincce cadendo

Seu morimur, Domini, spe meliore sumus.

In Terris Domino vitam sacravit Aronus

In cœlis eadem est, non moritura, Dei.

In signum extremi officij hæc

adjecit Distica

DANIEL J. TUDERUS.

*65*

ὡς ταχέως δε βίη σίητες νεανίσκοι Ἄγραυ  
εἰς ζήν οὐτόκως δετ εἰ μαχροτάτην

ἰσχάτης τῆς τιμῆς ἐνεκα γέγραφε

Ὁ Μάγν. τῆ Γαβρίηλ.



**M**ARTINUS quamvis subitâ proh! morte perem-  
ptus

Corruerit: cœli possidet arva tamen.

Omnibus est numeris, ratione omniq; beatus:

Namq; animam Domino tradidit ille suam.

*Condolentia contestanda hæc  
paucula adjecit.*

CANUTUS G. Wittingh.  
Bothn.

